

qui. Et ita vidualus candelabro Sacramentorum. 1. p. vbi de matrim. nu. 12. dicit forsan se eius sententia futurum, vt matrimonium serui cum ancilla, quam liberam credebat, sit nullum, nisi singularitatis vitio notaretur: & idem non audere a contraria sententia, quae communis est, recedere.

23. Nihilominus ac certissimum est tenendum, non omnem conditionis errorem efficere vt matrimonium sit nullum: sed quando talis est error, vt fiat deterior errantis conditione. Quare solum erit inualidum matrimonium, quando liber contrahens errat in feruili alterius conditione, quem libesit quomodo credebat. Si autem credebat alterum seruum, & sit liber, siue sit ipse seruus, siue liber, valebit matrimonium. Quod erret inueniens digniore conditione, quam ipse putabat. Similiter valebit, si seruus contrahat cum ancilla, credens eam liberam. Quod serui conditio non efficiatur deterior, sed aequali suae conditione reperiat, (quod autem in exemplo dicimus valere matrimonium, si seruus contrahat cum libera, existimans eam esse ancillam, intellige ex parte sui erroris, vbi femina libera non errat in conditione serui, sciens eum esse seruum, si enim crederet eum liberum, ex hac parte esset nullum matrimonium.) Ratio legitima huius sententiae est. Quod hoc impedimentum sit solo Ecclesiastico iure inductum (vt nu. 16. probauimus.) Ius autem Ecclesiasticum solum irritat matrimonium inter eos, quorum alter est liber, alter vero seruus, ac liber infcus est seruitutis, vt constat ex textibus, quos nu. 2. allegaui, in quibus hoc impedimentum statuitur. Deinde, quia ratio, quae induxit Ecclesiam ad hoc impedimentum statuendum, ea est, vt resarciat iniuriam irreparabilem illatam libero ignorant conditionem alterius serulem, & ob grauem contractus inaequalitatem, at vbi conditio alterius in qua erratur, est dignior opinione, aut par conditioni errantis, cessat ea iniuriae grauitas, & inaequalitas contractus: nil igitur valorem matrimonij obstat ibi error. Atque ita huius sententiae sunt, ex Iuris peritis, Goffred. sum. tit. de coniugio serui. nu. 6. & 7. Host. sum. eod. tit. nu. 9. & cap. final. nu. 1. eod. tit. Innoc. c. 2. nu. vnico, eodem tit. vbi Ioan. Andr. n. 3. & d. c. fin. nu. 2. Anton. ed. c. 2. nu. 4. & d. c. fin. nu. 5. Abbas eo. c. 1. n. 5. & ibi Anchar. nu. 2. Cardin. nu. 2. q. 1. & 2. Alexander de Neuo. nu. 7. Propositus nu. 6. 7. 8. q. 4. 6. 7.

Henricus num. 3. Hugo. 29. q. 2. in summi. Albericus in suo dictionario, litter. I. verb. impedimentum. 5. sine Monaldus summa, vbi de matrimonio tit. de impedimento conditionis vers. item nota. Assentis summa. 2. par. lib. 8. tit. 15. art. 1. q. 1. Rainerius. 2. par. summa tit. de matrim. c. 16. Ioannes de Friburgo summa confessorum, lib. 4. tit. 4. q. 1. Vitalis de Cambanis de clausulis, clausula, non errore ductus. 5. ostenso de errore iudicij, videndum est de errore qui in matrimonio committitur, nu. 5. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 3. in principio: Angelus matrimonium. 3. impedim. 4. nu. 4. Sylu. matrim. 8. q. 2. dicto. 2. Supplementum summae Pisani verb. impedimentum, impedimento. 3. n. 2. vbi Tabien. impedim. 1. na. 7. Armilla, verb. matrim. nu. 3. Brunellus de spon. salibus, conclus. 3. nu. 3. casti. 1. & 2. Lex. 3. tit. 5. part. 4. & ibi Gregor. Lopez verb. como el mismo. Et ibi Moralus in fin. & l. 4. ad finem, eodem tit. Turrec. 29. q. 2. in summa nu. 4. Nauar. sum. c. 22. nu. 33. Alexander Carrerius lib. 4. de spon. salibus cap. 12. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum tit. 12. nu. 52. Gaeta repetitione c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. num. 33. 1. Matienço lib. 5. recop. cit. rubrica, glof. 1. nu. 156. Lancelotus instituta iuris canonici, lib. 2. tit. quae matrimonium impedire possunt, paulo post principium. Et ex Theologo, D. Bonau. 4. d. 30. ar. 1. q. 2. & ibi Durandus. q. 1. nu. 7. Scotus ibi. q. 1. Ricardus ar. 1. q. 1. Mayronis. q. 1. idem Scotus. 4. d. 36. q. 1. in fine corporis, vbi Palud. q. 1. art. 1. nu. 9. conclus. 3. Supplementum Gabriel. q. 1. ar. 2. corollario. 3. & 6. & d. 30. q. 1. ar. 2. post 3. conclusionem, vbi Maioris. q. 1. corollario. 4. D. Antonius. 3. par. tit. 11. c. 3. statim in principio. Soc. 4. d. 35. q. vnica, art. 2. post. 2. conclusionem. Petrus de Soto lect. 3. de matrim. §. in hoc quae sequuntur. Guillel. Vorrillong. 4. d. 36. q. vnica. ar. 2. paulo ante conclus. 3. Palacios. 4. d. 30. disp. vnica, column. 8. dubio. 2. & 3. vbi Ouandus q. vnica. propositione. 3. Toledo lib. 7. summa. c. 3. nu. 4. proposit. 2. Philhar. de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 5. impedim. 2. Petrus a Ledesma de matrim. q. 52. ar. 1. dubio. 1. post solutionem ad vltim. l. Ludo. Lopez. 2. p. instrum. de matrim. cap. 47. vbi de impedimento conditionis, col. 2. vers. accedit ad hoc. Bartholomeus a Ledesma dub. 31. de matrim. in. 3. limitatione primae conclusionis, col. 2. Vidualus candelabro Sacramentorum. 1. p. vbi de matrim. n. 10. & 12. 2.

Et

Et valere matrimonium serui cum ancilla, quam liberam credebat. Tenet. D. Thom. 4. dist. 36. q. vnica, ar. 1. & ibi Nicolaus de Orbellis. q. vnica. ar. 1. §. vnica, art. 3. Nicolaus de Bona. 4. d. 30. q. vnica, tractatu. 6. par. 3. de matrim. q. 6. conclus. 7. Victoria summa, vbi de matrim. nu. 270. Ledesma. 2. p. 4. q. 53. ar. 1. §. sed difficultas est vers. 3. est aduertendum. Veracruz. 1. part. speculiar. 29. dubio. 1. quod proponit post 2. conclus. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 10. nu. 4. Et idem dicit Veracruz, quando liber duxit liberam, quam putabat seruam. Et Ledesma. q. 54. ar. 2. paulo post principium, dicit idem, quando ancilla nubet libero, credens eum esse seruum.

24. Ad argumenta. n. 12. proposita responde

tur. Ad primam dic esse verum, vbi esset error circa personam, si seruus si ad eam personam existenti erraretur circa qualitatem, vt quia contrahens credebat esse pauperem, & est diuues: vel cum sit seruus credebat aliter esse liberum, & est seruus: vel seruus, & est liber. Ad secundam dic eius canonice conditione mitti: matrimonium cum ancilla, modo si eam ducens sit liber, non ignoret eius conditionem. Ad tertiam dic non irritare, quoties est error conditionis seruili, sed quando redditur deterior conditio errantis, vt num. praecedenti explicui. Ad confirm. & ad 4. dic eum errorem tantum esse errorem qualitatis, manente eadem persona, ac proinde minime obesse valori matrimonij.

DISPUTATIO VIGESIMA.

Quando ancilla, vel seruus libertatem consequantur ex matrimonio permisso domininito, & an tunc id sit validum, ignaro altero conditionis.

SUMMARIUM.

AN serui liberi fiant, eos domino collocante in matrimonium, cum liberis ignaris seruitutis: & quid, si precipit alij vt collocet? nu. 1.
An desideretur ad id dolus in domino? nu. 2. & ibi an sit opus sententiae?
Quid, si vterque seruus sit, vel alter liber conficius seruituti? & explicatur. l. 5. tit. 2. p. 4. num. 3.
Quid si dominus non collocet, sed sciens matrimonium ancilla cum libero conditionis ignaro, taceat? Refertur sententia, numero. 4.
Contraria auctoritas, nu. 5.
An exigatur tunc dolus in domino. Et ex studio facere, quid sit? nu. 6. & ibi, an desideretur sententia iudicis?
An haec procedant in seruo ascriptio, nu. 7. Solantur argumenta, nu. 8.
An ancilla libera fiat, domino conscientia dotata instrumentum nu. 9.
An domino ducenti ancillam, fiat libera: at tunc iure communi? Refertur quaedam sententia nu. 10.
Contraria auctoritas, nu. 11.
Quid iure regni Hispaniae: & an filij aut ea na-

ti libertate donentur? numer. 12.
An valeat matrimonium, quando alter ignorat seruitutem: at obtinetur libertas ex matrimonio ipso? Refertur sententia, numero. 13.

Contraria auctoritas, nu. 14.

Resens disputatio duo petit, alterum, quando seruus libertatem ex matrimonio permisso domininito assequatur: alterum, an tunc sit validum matrimonium? Circa prius, sit prima conclusio. Si dominus personam conditionis seruili collocet in matrimonium cum persona libera, ignara seruitutis, nec est delegatus: eodipso persona illa seruituti subiecta, siue masculus sit, siue femina, libertate consequitur. Habetur expresse authentica, ad hoc. C. de latina libertate, ibi. Qui suam ancillam credenti tradidit in matrimonium a quam liberam, siue concesserit dotale instrumentum, siue non, aut sciens eam duci rucit ex studio dominum eius amittit: & quod ad ingenuitatem rapitur. Idem dicitur de seruo. Quae desumpta est ex authent. de nuptijs, collatione. 4. §. si verò decretum vers. hoc autem decernimus, vbi gl. verb. credes, explicat, quando liber cre-

K dit

dit eam non esse ancillam. Et idem dicendum est, si dominus dicat clerico, vel alij, vt coniugat seruum cum ignoranti seruente libera: tacita seruitute. Quod periret, si, ac si ipse dominus cōiungeret. Ita Veracruz. 1. p. specul. ar. 30. sine. & ratio est. Quod dominus in matrimonij serui consentiens cum libera persona, tacens seruitutem, eod ipso censetur libertatē dare, sine qua matrimonij consistere nequit. Consentiens enim in aliquid, consentit subinde in id absque quo illud perfici nequit. Quae decisionis ratio aperte colligitur ex d. authentico de nuptijs. §. si verò decretū, vers. hoc autē decernimus, vbi agens quādo dominus tradit ancillam libero ignorati in matrimonium, sic ait. *Non erit iustum, tale non consistat matrimonium, sed tacitam libertatem sequi, siue virum, siue mulierem: cum tale aliquādo domino sit.* Quare non existimo hoc esse in pœnam fraudis, sed fauore matrimonij vt valeat. Nec credo desiderari iudicis sententiam, vt is seruus liber fiat. Quod constat ex illis verbis. d. auth. *Dominum eius amittit: ea; ad ingenuitatem rapitur.* Quae verba ipso facto libertatem comparari, satis clarè indicant. Deinde, quia ibi decernitur validum esse matrimonium: & vt id valeat, conceditur ea libertas. At valere minimè possit, nisi seruus eod ipso per matrimonium consequatur libertatē. Quippe esset matrimonium liberæ cum seruo, ignorata seruitute. Quare non sunt audienti, Veracruz. 1. p. specul. ar. 30. §. sed est dubium circa hoc: & Bartholomæus à Ledesma dubio. 31. de matrim. concl. 6. dicentes hoc statutum esse in pœnam fraudis. Nec Ledesma. 2. p. 4. q. 74. ar. 1. sine, asserens id esse in pœnam negligentiae domini non experimentis alteri seruitutem.

Hinc inferitur, minimè desiderari doli in eo domino tradenti nuptui ancillam libero, tacita seruitute. Quod aperte constat ex auth. de nuptijs. §. si verò decretū vers. hoc autē decernimus, collatione. 4. vbi textus ille agens de eo casu, in quo dominus collocaat ancillam in matrimonium; nō addidit, ex studio: & statim vers. si vero, agens quando dominus non tradidit, sed sciens contra eum tacuit, addit, *Ex studio*, & statim paulò inferius, *Sine consensu, siue malignatus est dominus*; vbi glossa verb. *consensit*, ait, *expressè*, & verb. *malignatus*, ait, *scilicet tacendo*. Ergo aperte rextus id discrimē cōstituit inter expressam voluntatem domini, qua seruum in id matrimonium collo-

cat, & inter permissionem tacendo: vt in priori euentu doli non desideretur: fecus in posteriori, vt amplius num. 6. explicabimus.

Secunda conclusio. Quando vterq; contrahens est seruus, vel si alter liber, est cōsensus seruitutis, quantum dominus consentiat, tradatq; mancipium in matrimonium, non consequitur seruus libertatem. Quod textus nu. 1. allegati ea libertatem donantes mancipio, expressè loquantur, quando liber fuit seruitutis infcius. Deinde, quod fauor valoris matrimonij eam libertatē necessariò perentis, cesset in hoc euentu. Cū valeat matrimonium absq; mancipij libertate: nullus enim in libero adfuit error. At hinc textus illi fauori innititur (vt nō. 1. probauimus). Et ita docent Couar. 4. decretali. 2. p. c. 3. §. 7. n. 1. vers. secundū. Anton. Cacus lib. 3. institutio nū maiorū tit. 1. n. 48. Valaeus de iure emphyteutic. q. 17. n. 5. Veracruz. 1. p. specul. ar. 30. sed est dubium circa hoc. Palacios. 4. d. 30. disp. vnic. col. 12. vers. argumentum autem. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 10. nu. 4. vers. 4. Molina tom. 1. de iust. tractatu. 2. disput. 39. §. septimus est. Vivaldus candelabro-facram. 1. p. de matrim. dubio. 31. de matrim. concl. 6. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 31. conclusi. 6. Ludouicus Lopez. 2. p. instr. de matrim. cap. 47. vbi de impedimento conditionis, col. m. 5. Vega. 1. tomo summa. capit. 34. casu. 67. §. nota que aunque. Vnde. l. regia. §. tit. 2. par. 4. ibi. *Casando seruo alquano con mager libre, sabienola su señor, è non lo contradiendo, facele el seruo libre por ende. Eslo mismo dezimos que serua, si casase la serua con home libre: Debet intelligi quando coniux liber fuit seruitutis ignarus, vt explicat. l. 1. tit. 5. eadem part. 4. Et eundem intellectum adiuuat. l. 5. tit. 11. lib. 4. fori regij, ibi. *Quienquier que sus seruos casare, dixiendo que son libres, no los pueda mas tornar a seruidumbre, mas queden libres.* Et ita explicante Couar. & Valaeus: & addit Couar. se vidisse ita semel in regio praetorio Granatensi per sententiam definitum. Vnde non est audiendus Abbas. c. illud num. 11. de praesumpt. dicens seruum sorte cōseque libertatem, quando domino sciēte iniecit matrimonij. Idq; probat, quod seruus sciēte domino ad ordines promotus efficiatur liber. c. si seruus scientes. d. 54. quod est. d. Leonis Pape. Sed textus non est ad rem. Id enim expressè definitum in sacri ordinis honorem, non est cur ad matrimonium tra-*

hatur,

hatur, in quo nullo pacto eadem ratio inuenitur.

Difficultas autem est, quando dominus non collocaat ancillam in matrimonium cum libero seruitutis ignaro, sed cōsensus matrimonij tacet seruitutem? Quidam enim aiunt eam ex hoc non donari libertatem. Quod tacens non censetur consentire, in ijs, quae in ipsius praedictum recondant, vt tradunt omnes Doctores regula, is qui tacet. 44. de reguliuris, in. 6. cum glossa ibi verb. is qui tacet: & Dyno ibi nu. 4. Secundò quod taciturnitas minimè potest impedire, non operetur consensum. At dominus nequit impedire matrimonij serui. Tertio, quod lex concedens libertatem seruo in hoc euentu, innatit praesumptioni voluntatis domini, concedendae libertatis: ac proinde non obligat, vbi dominus cum animo minimè habuerit. Huius sententia sunt Palud. 4. d. 36. q. 2. ar. 1. concl. 1. nu. 8. in sine, & ibi Supplementum Gabriell. q. 1. ar. 3. concl. 2. sine, vbi hanc ancillam non officii liberam iure canonico: & licet videatur manumittitioe ciuili, id non tenere in hoc casu, asserunt. Et licet neuter explicet, an liber ignoret seruitutem: at manifestè in hoc euentu ambo loquuntur: in hoc enim solo disponit ius ciuile. Et expressè tanquam probabiles sustinent Veracruz. 1. part. specul. ar. 30. §. dubitatur adhuc. Ludouicus Lopez. 2. part. instr. de matrim. cap. 47. vbi de impedimento conditionis, col. 5.

Tertia tamen conclusio sit. Satis est vt seruus, vel ancilla consequatur libertatē, vt domino tacente condicio eam feruilem, cōsentioq; matrimonij, illud inane eū persona libera seruitutis ignara. Ita enim expressè definitur auth. ad hoc. C. de latina liber. & auth. de nuptijs, collat. 4. §. si verò decretum vers. hoc autē decernimus. Et l. regia. 1. tit. 5. par. 4. & ratio huius decisionis est, quod dominus tunc non aperiens conditionem feruilem sui mancipij, est in culpa, & dolo graui iniuria contrahenti libero illat. Quare dignus est, vt in pœnam illius fraudis, & fauore matrimonij, vt illud sit validū, mancipij libertatē cōsequatur. Quare textus hoc statuentes nō fundatur in praesumptione voluntatis domini, sed in vera voluntate puniēdi taciturnitatē domini debentis in eo euentu manifestare seruitutē. Et ideo hāc conclusionē docet gloss. c. si quis ingenuus verb. faciat. El. 1. 29. q. 2. Goffre. sum. tit. de cōiugio seru. n. 1. Hoff-

sum. eodē tit. nu. 3. Astenis sum. 2. p. lib. 81. tit. 15. ar. 2. q. 3. Rofella verb. impedimentū, in pedimento. 3. n. 3. Syl. marrim. 8. q. 2. d. 5. Sotus. 4. d. 35. q. vltia, ar. 2. column. 3. vers. ex his colligitur. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 7. n. 1. vers. secundo, Antonius Cacus lib. 5. institutio nū maiorū tit. 1. n. 48. Ledesma. 2. p. 4. q. 54. ar. 4. paulò post principium. Palacios. 4. d. 30. disp. vnic. colum. 12. vers. est hāc statatio. Valaeus de iure emphyteutico. q. 37. num. 4. Molina tom. 1. de iust. tractatu. 2. disput. 39. §. septimus est. Henriquez lib. 11. de matrim. c. 10. num. 4. vers. 5. Bartholomæus à Ledesma dubio. 31. de matrim. concl. 6. Vivaldus candelabro-facram. 1. p. de matrim. 124.

Monuerim tamen desiderari doli in domino sic tacente, vt mancipium consequatur libertatem. Quia authen. ad hoc. C. de latina liber. expressè petitur, vt dominus ex studio tacet: Et idem auth. de nuptijs, collat. 4. §. si verò decretum, vers. hoc autē decernimus vbi glo. verb. ex studio, & Baldus d. auth. ad hoc. initio, explicat, id est, dolo malo. Verbi enim studiose, vel ex studio aliquid facere, importat in delictis, dolo, & fraudulenter efficiere, vt docet glossa finali, auth. vt exactione dotis instante. §. finali. Baldus. c. praeterea, de testibus cogen. dis. nu. 3. fin. & l. 5. huius studij nu. 4. q. 11. ff. de iust. & iure. Felinus d. c. praeterea nu. 3. vers. in textu, & cap. veniens nu. 5. initio, de simon. Iason. d. §. huius studij num. 2. alios allegans. Decius. c. peruenit, El. 2. nota biff. 4. in noua editione nu. 11. & 13. de appellat. Parisius addit. ad Bartolum. vnic. n. 5. C. de testibus, lib. 10. Idemq; probatur, nam. d. auth. de nuptijs. §. si verò decretum vers. si verò, sic dicitur, *Sine consensu, siue malignatus est dominus*. Vbi glossa verb. *malignatus*, ait. *scilicet tacendo*. Vnde ignorantia quantumcunq; crassa facti, vel iuris excusabit. Quod vbi doli exigitur, nulla ignorantia iuris, vel facti sufficit (vt late probabò lib. 10. disp. 32. num. 36. Ita Baldus. d. c. praeterea nu. 3. sine. Felinus ibi numer. 3. vers. in textu. Iason proxime citatus. Ex quo infero, non plebè domini hac pena amittendi serui, si non aduerteris, vel ex simplicitate, quantumcunq; culpa lata interuenierit, taceat. Quia deest doli. Rogabis tamen, an deliquerit sententia iudicis, vt dominus doli tacens priuaret serui dominio? Eam enim desiderari fortiter probat id esse pœnam fraudis. Verum non desiderari est mihi certū.

K 2

Quod

Quod idem authenticum de nuptijs. §. si verò decretum, si dicat, *Primum dominum ita malignè cogitatem: & ille quidem cadat domino: ad ingenuitatem verò feruili persona rapitur.* Quæ verba late sententiæ sunt. Deinde, quia ibidem dicitur esse validum matrimonium cum ea persona feruili conditionis initum à libero ignorante, quando dominus scitit, & tacuit. Quod sustentari minimè possit, nisi ipso facto compararetur libertas, donec iudicis sententia accederet.

7 Quidam extendunt dicta in. 1. & 3. con-
clusionè, vt procedant in seruo ascriptio:
atq; ita censent cum libertate consequi,
si eum tradat dominus in matrimonij libe-
ro eius feruitutis ignaro: vel sciens vt libe-
rum ducere vxorem ignaram, subtraheret
feruitutem. Quòd libertas concessa à vera
feruitute in hoc euentu, meritò extenden-
da sit ad hanc feruitutem impropiam. Ita
Valasco de iure Emphyteutico. q. 37. n. 4.
Sed meritò contrarium docent glossa auth.
de nuptijs. §. si verò decretum verb. mulie-
rem. Et Salicetus auth. ad hoc. n. vnic. C.
de latina libert. Quòd non militet ex hac
libertate inde conflurgente, idem fauor ma-
trimonij. Nam eadem ascriptura feruitute
manente, eius error non obstat valori ma-
trimonij, vt probauit disput. præcedenti,
numer. 9. deinde, quòd non tanti momen-
ti sit hæc fraus, ac quando est vera feruitus,
ac subinde lex pœnalis non est ad illam ex-
tendenda.

8 Ad argumenta. n. 4. proposita responde-
tur. Ad primū dic, non concedi libertatē ex
tacito consensu domini, sed à lege in frau-
dis pœnam: nec eam inniti præsumptioni
voluntatis domini, vt. n. 5. probauit. Per hoc
soluuntur. 2. & 3. argumentum.

9 Quarta conclusio. Si dominus in matri-
monium tradat ancillam libero feruitu-
tis conscio, dotis instrumentum ancillæ
consciens, eò ipso ancilla efficitur libera.
Constat ex. l. vnica. §. sed & si quis homini
C. de latina libert. ibi. *sed & si quis homini
libero suam ancillam in matrimonium collo-
cauerit: & dotem pro ea conscripserit (quod
solum est in liberis personis solum procedere)
ancilla non latina, sed ciuis efficitur Roma-
na.* Et quantum textus non explicet an li-
ber nosset feruitutem fœminæ: at mani-
festum est ita intelligi: vt constat ex authen.
ad hoc, quæ ibi statim inferitur, vbi quan-
do alter ignorat feruitutem, decernitur an-
cillam consequi libertatem, siue dominus

eam in matrimonium collocans, dotalia
consecerit instrumenta, siue non. Atque
ita vt speciale aliquid continet illa. l. vni-
ca. §. sed & si quis homini, necessariò intelli-
gi debet, quando etiam scienti dominus
tradit consciens dotalia instrumenta. Id-
que amplius confirmatur, quòd decisio il-
lius. §. eo innitatur, quòd dotem constituere
pro fœmina, in solis liberis personis pro-
cedat, vt in eo expressè dicitur. Atque ita
intelligunt glossa ibi in casu positione. l. b.
Molina tom. 1. de iustitia, tractatu. 2. disp.
39. §. septimus est. Idem ait Abb. cap. illud
num. 11. de præsumpt. si dominus consti-
tuit dotem, aut donationem propter nup-
tias ancillæ, vel seruo. & refert. d. l. vnicam
§. sed & si quis homini. Sed ibi de sola dote
est sermo, & de sola ancilla: & quando lex
voluit seruum quoque amplecti, id expli-
cuit, vt constat ex auth. ad hoc nuper ci-
tata, vnde non credo in hoc Abbati. Nec
etiam fidem habeo Henriquez lib. 11. de ma-
trimon. cap. 10. numer. 4. vers. 5. dicenti an-
cillam censeri manumillam, si seruus præ-
senti domino, & non contradicente, do-
talia instrumenta ancillæ conscribat. Nam
textus solum id decernit, quando ipse do-
minus conscribat: vnde non est ex extenden-
da ad permissionem vt alius conscribat.
Nec tandem credo Valasco de iure em-
phyteutico quest. 37. numer. 4. addenti ser-
uum quoque ascriptitium hanc consequi
libertatem, ex consecratione dotalium in-
strumentorum facta per dominum. Quòd
cum non sit propriè feruitus, sed ij ferui ve-
rè liberi sint, & ad certas solas operas te-
neantur (vt dixi disput. præcedenti. num.
1.) non est cur dispositum in vera feruitu-
te, ob actum qui solis liberis proprius est,
extendatur ad feruitutem secūdum quid,
& in qua est vera libertas: ac proinde illa
consecratio dotalium instrumentorum non
repugnat statui. Atq; ita nu. 7. similem eius-
dem Valasci extensionem reieci.

10 Sed quid, si dominus ancillam ducat in
vxorem, nunquid eà consequetur libertatē?
glossa. c. si quis viduam, el. 2. 3. 4. d. verb. an-
cillam, asserit. Et eam sequuntur Archid.
ibi, sine. Dominicus sine. Turrec. nu. vnic.
Sylu. verb. feruitus. q. 4. sine. Probat glossa
per auth. ad hoc. c. de latina libert. quæ qui-
dem nec verbū dicit ad hoc conferens, sed
solum quando dominus tradit ancillam li-
bero ignoranti feruitutem. Et ex l. liberta-
8. c. de operis libert. quæ nil etiā dicit, sed
solum libertam ductam in vxorem non esse

cogen.

cogendam operas prestare. Idem tenent
gloss. Auth. vt liberi de cetero aureo. §. si
quis autem verb. legitimam. Astensis sum-
ma. 2. p. lib. 8. tit. 15. ar. 2. q. 2.

11 Verum cum nullus detur textus eam
libertatem decernens, iure optimo ab hac
opinionè recedendum est, dicendumque
iure communi attento eam ancillam mini-
mè effici liberam. Et ita sentiunt Couar. 4.
decret. 2. p. cap. 3. §. 7. nu. 1. vers. tertio. Pa-
lacios. 4. dist. 30. disp. vnica, col. 13. Molina
tomo. 1. de iustitia, tractatu. 2. disput. 39. §.
sextus est. Henriquez lib. 11. de matrimo-
n. cap. 10. nu. 4. commento, littera. Z. Emma-
nuel Sa summa verb. matrimonium, vbi de
impedimentis dirimentibus, num. 1. vers. si
dominus. Vualdos candelabro sacram. 1. p.
de matrim. nu. 125.

12 Attento autem iure regni Hispaniæ an-
cilla ducta à domino, sic eò ipso libera. Sic
enim expressè disponitur. l. r. tit. 13. par. 4.
sine, ibi. *Tan gran fuerza ha el matrimonio,
que luego por ende los hijos legitimados. Esso mis-
mo seria, si alguno huiesse hijo de su serua, &
despues despo se casasse con ella. Ca tan gran
fuerza ha el matrimonio, que luego que es so-
cho, es la madre por ende libre, & los hijos legiti-
mos.* Et ita Gregor. Lopez, ibi, in sine, ait
ex solo matrimonio competere matri li-
bertatem. Et fatentur omnes Doctores. n.
præcedenti allegati. Quare deciperetur e-
xistimans desiderari ad id, filium concep-
tum esse ex ea ancilla sic ducta, quòd in co-
euentu videatur loqui ea lux. Nam dupli-
cem vim tribuit ibi matrimonio, alteram
legitimandi prolem antea conceptam, & ad
hoc desideratur proles alteram verò, redi-
gendi ancillam in libertatem: & ad hoc, nil
conferit habitam esse prolem ex ea, nec ne.
De filijs verò antea conceptis ab eo domi-
no ex illa ancilla, qui patris ferui erant, nil
disponitur expressè in ea lege, circa eorum
libertatem: at satis clarè id indicat, dum
eos legitimis fieri, & per consequens he-
redes decernit. Quòd feruituti repug-
nat. Item, quia sufficit vt dominus manu-
mittat matrem, vt filij quoque, quos ex ea
habuit, censentur manumissi, vt bene do-
cent Conar. cum Fulgoso per eam citato,
& Molina num. præcedenti allegati. Quod
optimè probatur ex authentico, vt liberi
de cetero aureo. §. si quis autem, ibi. *Neque
enim quilibet eum putarunt erit voluisse si-
liorum quidem matrem legitimam esse, & hoc
tam magnum donasse opus libidinis, proprios*

autem filios ex suo nato semine, ab hac relin-
quere seruitutos. Merito autem dubitabis,
an si filij ex ea ancilla nati sint spurij, quòd
habiti sint tempore, quo ipsa, vel domi-
nus erant coniugati: efficiantur liberi,
domino ducenti legitimam? Quia §. si quis
autem, ait per matrimonium, & liberta-
tem concessam matri consequi filios liberat-
ratem, & eius suitatis. Quòd competere ne-
quit filijs spurijs, eò quòd non reddantur
per matrimonium legitimi. Et lex partite
tantū decidit filios effici legitimos. Quod
de solis naturalibus intelligi potest. Sed
credo etiā spurios effici liberos. Et ita Co-
uar. cum Fulgoso, & Molina proximè cita-
ti indistinctè aiant manumissa matre, censeri
ri quoq; filios manumissos. At per id matri-
monium censetur mater manumissa. Prete-
rea ratio nuper adducta ex illo, §. si quis au-
tem, militat in his filijs: nimirum, non esse
credendum voluisse patrem fieri matrè le-
gitimam, id est, ingenuam, teste glossa ibi
verb. legitimam, & filios proprios vtuisq;
feruos manere.

13 Tandem de posteriori difficultate agend-
um est. An quòd ancilla, vel feruus inest
matrimonium cum persona libera, ignata
feruitutis, domino tradente in matrimo-
nium, vel scienti, & tacente feruitutem: in
quibus euentibus consequuntur libertatē
ex ipso met matrimonio, iuxta dicta num.
1. 5. & 6. sit validum id matrimonium? Nam
lex regia. 1. in sine tit. 5. par. 4. ait eos liber-
tatem consequi, at matrimonium esse nul-
lum. Et videtur clarè approbare Gregor.
Lopez ibi verb. Porque, dum ait concord-
dare cap. 2. & cap. finale, de coniug. ferui.
Idem docet Couar. 4. decret. 2. part. capit.
3. §. 7. numero. 1. versicul. secundò, in
sine. Et ratio ipsa id ita suadet. Quòd
cum ex ipso matrimonio inito consequan-
tur libertas, prius sit matrimonium iniri li-
bertate: ac proinde verè initum sit inter
personam liberam, & feruituti subiectam,
cum conditionis feruili error: in quo ca-
su est irritum matrimonium cap. 2. de con-
iug. ferui.

14 Verū in authentico de nuptijs. §. si verò
decretū, vers. hoc autē decernimus, & vers.
si verò, dicitur & eos feruos consequi li-
bertatem, & matrimonium consistere. Et ita
tenendum est. Nec obstat lex regia nu. præ-
cedenti allegata. Solum enim arguit condi-
tores illius fuisse in ea opinione, non tamē
haberi vim legis quoad decisionē nullitatis

K 3 ma-

matrimonij, bene tamen quoad libertatem dandam seruo illi. Quod prius sit fori Eccllesiastici: posterius autem, secularis. Nec etiam obstat ratio contraria. Quia cum statim eodem momento, quo perficitur matrimonium, maneat coniux seruilis conditionis, effectus liber, seruitus illa est nullius considerationis, nec obest matrimonij fini, nec affert incommoda, ob que ius Ecclesiasticum irritauit matrimonium cum errore conditionis ininitum. Vt in fortioribus terminis probaui disp. precedenti num. 4. Et ideo hanc partem sustinent glossi. cap. si quis ingenuus verb. faciat, El. 1. 29. quest. 2. Goffredus cap. finali, de coniugio seru. & ibi Ioan. Andr. fin. Abbas sine, Anchar. ad finem, Cardin. ad finem. Alexander de Neou. fin. Antonius nu. 10. Præpositus fin. Ricardus. 4. d. 36. art. 1. q. 2. fin. Astenes summa 2. par. lib. 8. tit. 15. art. 2. q. 3. fin. Angelus matrimonium. 3. impedimento. 4. nu. 7. Sylu. matrimonium. 8. q. 2. dist. 5. Tabien. verb. impedimentum, impedimen. 1. q. 12.

nu. 13. Sotus. 4. d. 35. q. vnic. art. 2. col. 3. verb. ex his colligitur. Ledesma. 2. p. 4. q. 4. art. 1. in fin. & art. 4. paulo post principium. 5. sed est dubium, in fine: & 5. sed rursus est dubium. Veracruz. 1. p. specul. art. 30. 8. sed est dubium circa hoc: & in fine Palacios. 4. dist. 30. disp. vnica, column. 12. verb. argumentum autem. Angles Floribus. 1. p. vbi de matrim. quaest. 10. de errore conditionis, ar. 1. dubio. 1. conclus. 3. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum tit. 12. n. 48. Henriquez lib. 11. de mat. c. 10. nu. 4. verb. 4. & 5. Bartholomæus à Ledesma. de matrim. dubio. 31. cõcl. 6. Petrus de Ledesma de matr. q. 52. ar. 1. dubio vltim. Ludouicus Lopez. 2. p. in str. de mat. c. 1. vbi de impedimento conditionis, col. 5. Emmanuel Sa summa verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus nu. 1. verb. si liber. Vega 2. tomo summe. c. 34. casu. 67. & sequent. Manuel. 1. tomo summe. 2. editione c. 223. n. 4. concl. 4. Cañedo summa sacra. vbi de matrim. c. 4. nu. 18.

DISPUTATIO VIGESIMAPRIMA.

An seruis integrum sit matrimonium inuitis dominis inire: ac nefas sit illos impediri: ac vtri tunc potius satisfacere teneantur, domino, an coniugi.

SVMMARIVM.

- Q**uotplex questio disputatur, nu. 1.
- Proponuntur suadentia non posse seruos inuitis dominis contrahere, nam 2.
- Posunt serui inuitis dominis matrimonium inire, nu. 3.
- An valeat consuetudo, vt ducens ancillam fiat seruus, & excuset ignorantia, nu. 4.
- An peccet dominus mirantes damnum inferendum, aut beneficii subtractionem seruis contra eorum voluntatem, contrahentibus, nu. 5.
- An peccet dominus ob id punientes seruos? numer. 6.
- An teneantur dominus consensum præbere? numer. 7.
- An dum cogitat seruus de matrimonio inuendo, possit Dominus illum alio mittere? Proponuntur suadentia id nefas esse, numero. 1.
- Explicatur sententia auctoribus: & satisfi rationibus contrarijs, nu. 9.

soluuntur argumenta. Et enodatur capit. finale, vigesima nona, questione secunda; numero. 10.

Seruus per contractum matrimonij non eximitur à domini obsequio, quoties nõ obstat debito coniugali, nu. 11.

Quid, quando nõ simul stant, vtri potius satisfaciendum sit? Referuntur tres sententia. nu. 12. 13. 14.

Proponitur sententia auctoribus, numero decimo quinto.

Qualiter dominus conueniens matrimonio serui, possit illum occupare, nu. 16.

An dominus teneatur concedere locum seruo ad debiti exactionem, quando contra eius voluntatem contraxit? numero decimo septimo.

Soluuntur argumenta, nu. 18.

QUOTPLEX EST questio tractanda. Prior, de licentia seruorum ad inuendum matrimonium inuitis dominis. Posterior,

vtri

vtri potius tunc satisfacere teneatur seruus.

Questio prior. An seruis integrum sit, contra domini voluntatem matrimonium contrahere? Id enim minimè licere, suadet. Primò ex cõcilio Cabilonensi. 2. c. 30. & referunt cap. finali. 29. quest. 2. vbi postquã decretum est coniugia seruorum soltenda non esse: sic subditur. Et hoc in illis obseruandum est, vbi legalis coniunctio fuit, & per voluntatem dominorum. Vbi glof. verb. legalis, explicat, id est, legitima. Ergo à contrario sensu, vbi contra domini voluntatem, sunt dirimenda. Secundò, ex canone. 40. D. Basilij, ibi. Quæ præter domini sententiam se vtro tradidit, fornicata est. Quæ autem postea libero matrimonio vna est, nupsit. Quare illud quidem fornicatio: hoc verò matrimonium. Seruus enim qui sunt in alterius potestate, parca conuentus, serui nihil habent. Tertio ex constitutionibus Apostolicis, ibi enim (vt refert. D. Clemens lib. 8. constit. 4. Apostol. cap. 34. sic habetur. Fideles vir, aut femina serui copulati, vel separantur, aut efficiantur. Quarto, quòd si est ancilla contrahens, infert magnum damnum proli, quæ in se vitute nascitur. Quintò, quòd nequeat seruus ad ordines, aut religionem trãfere absque domini licentia. Cum tamen huius status causa potior sit, illo enim diuinis obsequijs mancipatur. Tandem, quia cum seruus peculium domini sit, nec potestatem sui corporis habeat, non poterit eam in vxorem transferre, et vel maximè quòd id in grege domini præiudicium vergat.

Ac certa res est, posse seruos inuitis dominis licite matrimonio copulari. Et ita est sententia. D. Thom. 4. d. 36. q. vnic. ar. 2. corpore, quem vniuersi sequuntur. Et cõstat ex c. 1. de coniug. seru. ibi. Nec inter seruos debent matrimonia vllatenus prohiberi: & si contradicentibus dominis, & inuitis contraherint, nulla ratione sunt propter hæc dissoluita. Ratio autem. D. Tho. & communis, ea est. Quòd ius dominorum nõ se extendat, vt seruis matrimonio, eiusque vltim prohibeant. Cùm ius naturale, & diuinum id conceleat ad naturæ humanæ propagationem, & in remedium contra concupiscentiam. Quod ius nec sublatum est, nec auferri potuit iure gentium, quod seruitutem induxit. Sicut enim appetitus naturæ fertur naturali quòdam motu ad indiuidui conseruationem, exercendo actus ad id necessarios, vt comestionem, somnum: ita ad speciem conseruationem per ge-

nerationis actum. Quare sicut seruis non subditur domino quoad actus priores, nec ab ipso impediri potest: ita nec quoad posteriores. Sed hæc rationem impugnat Scotus. 4. dist. 36. quaest. 1. quòd libertas iure naturæ compensans potuerit iure gentium impediri, ex iusta causa. Deinde, quia non omnis qui tenetur conseruare indiuiduum, tenetur speciem multiplicare: ac proinde non procedit id simile, nisi in solo casu, quo serui teneantur ad matrimonium, ratione conseruanda speciei. Qui casus nunquam accidet, cum iam natura valde propagata sit. Sed die diuersam esse rationem. Nam libertas homini concessa est propter particulare ipsius persone bonum, ac proinde sicut propria sponte potuit se illa priuare, ipsemet homo, ita ex iusta causa potuit ius gentium idem efficere. At matrimonium concessum est ob bonum publicum, in remedium concupiscentiæ, vt vitarentur fornicationes, & alia carnis flagitia: item ob bonum naturæ, ad eius propagationem. Quare nulli iuri positio id datum est, vt possit omnino matrimonium alicui interdicere, nisi ipsemet perfectioris status auidus, continentia voto se Deo astringat. Quamobrem simile allatum à D. Thoma, & communi, licet non teneat in omnibus, at tenet in hoc, vt sicut homo non subditur domino quoad actus ad indiuidui conseruationem requisitos, ita nec quoad actus ad conseruationem speciei necessarios, vtriq; enim actus inter naturales computantur. Et confirmatur, quia seruus non subditur domino, nisi quoad euilla obsequia. Matrimonium autem ad naturæ officium spectat. Secundò quia ius hominis ad matrimonij contractum, est potius ius ipsius naturæ humanæ, ad suam propagationem, & conseruationem, quàm ius priuatum cuiuslibet indiuidui. Aferuntur autem quidem iura priuata, quæ per seruitutem ad dominum transferuntur: nõ tamen ipsius naturæ. Tandem, quia si aliquaratione prohibuit esset seruis matrimonium absque domini consensu, & esset aliqua culpa, nõ diceret textus d. cap. 1. nullatenus in ter mancipia esse prohibenda matrimonia. Et si iura priuata non valent tamen consuetudo, vt libero nubens seruo ancilla fiat. Sicut enim ius est causa iusta potuit nouum seruitutis modum inuenire, ita & consuetudo. Et tunc serua alienigena in eo loco contrahens ligaretur, ea consuetudine, cum viri domi-

noq

K 4 cilium

cilium sequatur. At si ignoraret consuetudinem, aut illum esse seruum, excusaretur. Quia sicut statuta ciuim non ligant ignorantes, vt habetur cap. 2. de constit. in 6. ita nec consuetudines. Sic Palud. 4. d. 36. q. 1. ar. 3. conclus. 4. nu. 21. & ibi Supplementum Gabriels q. 1. ar. 3. dubio 6. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 3. §. 1. sine.

Ex his deducitur nefas esse domino, matrimonium serui impedire. Quare iure optimo serui ab Ecclesia defenduntur, ac proteguntur aduersus dominum prohibentē. Cum enim serui sint in hoc sui iuris, nec domino subdantur, iniuste dominus interdicere eis suo iure vt. Quod omnes Doctores fatentur: & licet non explicent num hæc culpa sit mortalitas rei grauitas facile, & aperte docet non posse esse solam venialem. Quare nec poterit dominus minari seruo aliquid supplicium, seu damnū inferendum, si matrimonium ineat. Cum ob id punire illum nequeat, vt dicemus numero sequenti. Potest tamen subtractione beneficii, quod in ipsum sua sponte confert Dominus, minari, vt deinceps fore, vt non ita splendide ipsum induat, ac delicate tractet, ac in villioribus occupet. Quia cum hæc beneficia sua sponte conferat, potest pro libito auferre: vnde non poterit seruus merito conueniri. Sicut nec pater potest matrimonij contractum filio impedire, mala minando, potest tamen quæ iure permissa sibi sunt, minari: vt exheredationem casu, quo ius sibi permittit: Subtractionem tertie partis, & quintæ bonorum, vt leges Hispaniæ permittunt, & in ea parte substantiæ paternæ ceteros fratres præferendos esse (vt diximus lib. 4. disp. 22. nu. 5.) Et hoc, quando nondum sponsalia iniij, vt ibi dixi.

Secundo deducitur, nec possit tuta conscientia serui à domino puniri, quod matrimonium iniuto domino inierit. Quia vsus est iure suo, ac in nihilo deliquit. Ita Bartholomæus à Ledesma de matrimonio, dubio 31. conclus. 4. Petrus de Ledesma de matrim. q. 52. art. 2. in corollario, quod infert ex 2. concl. Quod si roges, an ea culpa esset lethalis? Existimo id ex supplicij qualitate diiudicandum esse. Si enim id esset graue, culpa lethalis admitteretur, qualis non esset, si delicto supplicij responderet.

Non tenetur tamen dominus consentire in serui matrimonium, sed potest tute teniti, nullum obstatulum afferedo. Quia consilium sibi, ne id damnū subeat, quod

ex consensu sibi redundare pleriq; Doctores affirmant, vt videbimus nu. 12. & duplici sequenti. Et disput. sequenti, sex prioribus numeris. Ita docent Palacios. 4. d. 30. disp. vnica, col. 8. dubio 4. Enriquez lib. 1. de matrim. c. 10. nu. 4. ver. lex. Emanuel Sa summa verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus. n. 1. ver. cū seruo.

Sed dubitabis, an domino certiori fa- 8
cto marcipiū de matrimonio ineundo tractare, fas sit illud aliō vendendum mittere, quod se incolumem seruet, damniq; immunem, quod ex serui matrimonio in ipsum dominum redundat? Et nefas esse suadet, inde ius serui ad matrimonium impedire. Deinde, quod iudex Ecclesiasticus à marcipio aditus, coget statim dominum, ne aliō amaret, dum de matrimonio tractatur, do nec causa hæc absoluat. Præterea, fauent huic parti quæ attuli lib. 3. disp. 18. nu. 29. ad probandum irritum esse matrimonium iniutum absq; parrocho, & testibus, in loco vbi non viget Tridentinum, quando contrahentes data opera eō tendunt, vt ea forma non seruetur, matrimonium iungatur. Quod nemini fraus, & dolus patrocinari debeant.

Existimo tamen sic in hac questione distinguendum. Si iam matrimonium ceptum sit, quia seruus fidem suam aligauerat alicui, de matrimonio cum ea contrahedo, nefas erit domino eo medio vti. Quia per illa sponsalia, quæ quoddam matrimonij initium sunt, iam est ceptum, & velut in fieri matrimonium. Deinde, quod seruus iniuto domina potuerit fidem suam alstringere, ac proinde legitimum ius comparare femina, vt seruus promissis stet etiam reuocato domino. Nequit ergo dominus ius hoc alteri acquirere, & à sua voluntate independentem impedire. Quod si dicas, posse matrimonio iam iniuto seruum in partibus remotis venundari: Cur igitur id post sola sponsalia minimè licebit. Respondeo suppositum à me non admitti, quauis à multis concedatur, vt dicemus disp. sequenti. At esto id esset verum, adhuc diuersa est ratio. Quia matrimonium iam iniuto, illud non impeditur ea venditione: quod si impeditur vsus, sentiunt Authores admittentes eā licere, ius domini ad vendendum antiquius esse iure vsus matrimonij, non tamē ipsius contractus, atq; ad eō illi præualere. At verò quando sola sponsalia sunt iniuta, impeditur ius antiquius, & potentius ad matrimonium ineundum iniuto domino. Si autem

spon-

sponsalia iniuta nondum sint, poterit vtiq; dominus sic venundare. Quia vsq; tūc nulli tercio ius est acquirere, ac proinde non est ius suum vendendi serui, domino interdicendum. Deinde, quod id non sit directè impedire matrimonium, sed vti iure suo vendendi seruum, quod dominus suæ in eo limitati consular. Præterea, quia iure suo vtens non potest dici fraudem committere, vt pluribus adductis exornauit, cōtraria soluens, lib. 3. disput. 18. nu. 29. Item, quia quauis pater nequeat filij matrimonium impedire, minis, & terroribus grauib; ac potest quando id eum dedecet matrimonium, bono modo iure suo vtens, illi obstat, vt probauit lib. 4. disput. 22. nu. 5. & sequenti. Cur ergo non poterit dominus vt se in domum seruet, bono modo impedire, seruum distrahendo. Sit ex his constat solutio eorum, quæ nu. præcedenti obieci. Et id præceptum iudicis est propter præsumptionem violentiæ illata à domino, ne serui contrahant.

Ad argumenta nu. 2. proposita responde- 10
tur. Ad primū dic cum gloss. eo c. fin. verb. voluntatem, supplendum esse, maxime: atque ita sensus est, nunquam ea matrimonia dissoluenda esse, præsertim autem quando domini consensere. Ad secundū respōdet Turrian. in lib. 8. constitutionum Apostolicarum. D. Clementis c. 34. non significare. D. Basilium, sitimēdum esse huiusmodi coniugium, sed nō legitime nupsisse ancillam, quæ absq; domini permissu se in matrimonium tradidit, sed potius intemperanter, ac libidinose, vt fornicatio potius videtur, quam matrimonium. Quod (ait) ad exaggerandum crimen, dictum est, non autem vt eō iugum fiat irritum. Sed fateor me hæc solutionem non posse capere. Ita Balsamon in additione ad eum canonē, sentit: D. Basilium in ea fuisse sententia, vt matrimonium ancillæ absq; domini consensu sit irritum. Quod aperte ea verba ostendunt. *Forum enim, qui alterius potestati subditi sunt, pata conuenit, nil firmi habent.* Præterea, quia nulla culpa commissa est in eo ancillæ, non petio domini consensu, matrimonio. Quam obrem non inuenio eō modam solutionē, sed verē. D. Basilium in ea fuit sententia. Res enim hæc nō erat ita clarè eo tempore decisa. Ad tertiu respondet idem Turrianus in eūdem locum, non intelligi de dissoluedo matrimonij vinculo, sed de corporum separatione: atque ita nō euangelium blasphemē vituperetur;

quasi docens seruos fraudare dominum, eumq; incommodo afficere, cum ministerium conuietū coniugali impeditur: consilium tuentur Apostoli vt serui absque domini consensu inuentus matrimonium, separarentur corpore, ac eijceretur ab Ecclesia. Et placet solutio: Tunc enim id expediebat, ad vitandum scandalum neophytorum in fide. Quod tamen iam cessauit. Ad quartū dic melius fore proli fic esse, quam non esse. Ad quintū dic longè disparem esse rationem. Quia per ordines, & religionem, totum tempus traditur Deo: (vt bene ait D. Th. 4. d. 36. q. vnica, ar. 2. ad 5.) at secus per matrimonium. Præterea obligatur homo pro religionis profectum, & ordinem, ad opera naturalibus superaddita, & in quibus dominus habet potestatem: quæ caret in naturalibus, ad quæ se obligat per matrimonium. Ad vltimum dic nō in omnibus esse sub domini potestate, sed in ciuilibus obsequijs.

Questio posterior. Vtri potius teneatur 11
seruus coniugatus satisficere, domino, an vxori? Difficultas hæc procedit, vbi ita alterum alteri obstat, vt simul stare nequeat. Alioquin enim certum est, seruum per cōtractum matrimonij minimè eximi ab obsequijs consuetis domino præstandis, vt constat ex c. 1. de coniug. Seru. ibi. *Debita tamen, & consueta seruicia non minus debent proprijs Dominis exhiberi.* Vbi Host. nu. 9. super verbo, consueta. Ioan. Andr. nu. 4. Anton. nu. 7. Anchar. nu. 5. Alexander de Neuo, num. 12. explicant, maxime consueta. Quia etiam non consueta obsequia debet serui domino. Quippe quicquid serui est, Domini est. Item nobis, instit. per quas personas nobis acquiratur. Vel secundū, quia si alicubi viguisset consuetudo, vt serui coniugati ad certa quædam obsequia alstringerentur, Ecclesia eam tueri deberet.

Tota autem difficultas eō pertinet, quādo non simul stant obsequium domini, ac reddere vxori debitum, vt si eodem tempore coniug debitum petat, & dominus aliquid seruitium, quod tunc debito reddēdo impedimentum præster. Quia in re varieg sunt sententiæ. Prima dominum præferendum affirmat. Nitiur c. 1. de coniug. seru. vbi traditur seruum teneri ad consueta domini obsequia præstanda, non minus quā si coniugatus non esset. Cum ergo non sit minor obligatio erga dominum, ac in ipso præponderet prius sibi obligatum esse seruum, & eo affectum onere ad nuptias tran-

sijle.

lisse. Res enim cū suo onere trāsit ad possessorem. c. ex litteris. de pignor. ius domini præualeat. Et confirmatur ex regula, qui prior est tempore, potior est in iure, de regulis iuris. in. 6. Nec obligatio superueniens cum prioris detrimento induci potuit. Et ideo sic tenent Goffradus summa tit. de coniug. seru. nu. 1. Innoc. c. 1. nu. vnicō, de coniug. seru. & ibi Host. nu. 10. super verb. exhiberi. Lex regia. 2. tit. 5. p. 4. Temperant omnes hi, nisi periculum fornicationis immineret vxori, non reddito statim sibi debito. Præponderaret enim hæc ratio, vt postponeretur in eo euento dominus, nisi (vt ait Host. nu. 11.) mortis expositus esset dominus periculo, superueniente inimico.

13. Secunda sententia docet ad ferendum iudicium, vtri potius satisfaciendum sit, speciales circumstantias occurrentes attendendas esse, nimirum, periculum incontinentiæ, aut damnū petenti coniugi ex dilatio ne imminens, & detrimentum domino reddendum ex mora præstandi obsequij, si prius seruus coniugi reddat: & illius causam anteponendam esse, qui maiori necessitate vrgetur, cuiusq; mora grauius damnū interet. Quod secundum naturalem æquitatem, vrgentioris necessitatis habenda sit ratio: nec seruus teneatur domino, aut coniugi, nisi quando iustus, & secundum rationis limites exigunt. Quos prætergredere- tur volens sibi satisfieri, postposita alterius grauiori indigentia. At ex natura rei, & vbi cætera essent paria, attendendum esse, an matrimonium ex domini consensu, an potius ipso infeto, e contradicente veniitū sit, vt in priori casu coniux petens sit præferendus. Quia dominus matrimonium concedens celsit iure suo, ac subinde omnia quæ ipsum petit, concessisse videtur. Concesso enim principali, concessum quoq; videtur accessorium. 6. prudentiam, de officio deleg. in posteriori autem; dominus anteponendus sit. Quod eius ius in seruū antierius sit, vt nu. præcedenti probauimus. Ita sentiunt D. Tho. 4. d. 36. q. vnicō, art. 2. ad. 3. vbi D. Bonau. art. 1. q. 1. ad vltimum. Durand. q. 2. nu. 4. Supplementum Gabriel. q. 1. art. 3. dub. 3. corol. 1. & 2. Antonius c. 1. nu. 10. de coniug. seru. vbi Abbas nu. 6. Alexander de Neuo num. 10. Maioris. 4. d. 30. quest. 1. ad finem verbi ad secundam partem dubij, Ioannes de Friburgo in summa confessio. num. lib. 4. tit. 4. q. 101. Astensis summa. 2. p. lib. 3. tit. 1. ar. 2. q. 3. Supplementum summa Pisanæ verb. seruus. 3. num. 2. Tabiena

verb. impedimentum, impediment. 1. q. 7. nu. 8. Arnil. verb. matrimonij nu. 6. Turrec. c. 2. nu. vnicō. 29. q. 2. in solutione ad. 3. Montalius. l. 2. statim in principio tit. 5. p. 4. & ibi Greg. Lopez verb. de vi senior, iuncto verb. enemiga. Sotus. 4. d. 35. q. vnicō. ar. 1. ad. 2. Ledesma. 2. p. 4. q. 54. art. 4. col. 2. §. circa materiā tertij. Palacios. 4. d. 30. disp. vnica, col. 1. 3. dubio. 6. Petrus de Ledesma de matrim. q. 52. artic. 2. ad fin. Emanuel Sa summa verb. matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus num. 1. verbi dominus consentiens. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 3. 1. concl. 4. Ludouicus Lopez. 2. p. inludicij, de matrim. c. 47. vbi de impedimento conditionis, tribus columnis ante hanc. §. circa prædictum. In super eandem distinctionem addit tuus, nimirum, vbi sciens domino matrimonium est contractum, præferendum esse dominum, secus quando ignorante, vel contradicente, Ioannes Andr. c. 1. nu. 9. de coniug. seru. vbi Anchar. nu. 7. Præpos. nu. 6. vers. in glossa vltima. Ricardus. 4. d. 36. ar. 4. q. 2. & ibi Palud. q. 2. ar. 2. nu. 14. concl. 4. D. Antonij. part. 1. c. 3. §. 2. notabili. Rosella verb. seruus. 3. nu. 1. Angelus matrimonium, §. impedimento. 4. nu. 15. Syl. verb. seruus. q. 7. Nauar. sum. c. 22. nu. 34. Arboreus lib. 1. Theosophiæ. c. 16. dubio. 2. Veracruz. 1. p. speculi, ar. 30. concl. 2. iuncta concl. 4. Limitant Ioan. Andr. Anchar. Pæpof. Rosella, Arboreus, nisi periculum incontinentiæ sit in coniuge: tunc enim ille anteponendus est. Addunt Sotus, Emanuel Sa, Bartholomæus à Ledesma, Ludouicus Lopez, in dubio an cætera sint paria, & vtrius necessitas præponderet, faciendum esse matrimonium, præsertim incontinentiæ periculo imminenti. Quod ius naturale matrimonij iuri gentium seruitutis præferatur.

14. Tertia sententia ait, etiam contradicente domino inito matrimonio, potius morè gerendum esse coniugi petenti, nisi dominus graui necessitate obsequij statim sibi præstandi opprimeretur, vt si ab hostibus negandus inuaderetur. Ducitur, quod mora reddendi debiti conjugalis, modica sit, ac proinde æquum sit, ac rationi consenti, vt dominus eam patiarur, quod matrimonij operibus satisfiat. Huius sententia videtur glossa, 1. verb. seruitutis, de coniug. seru. & ibi Cardia, num. 5. q. penult. Henricus ibi nu. 1. Monaldus summa, vbi de matrim. tit. de impedimento conditionis, paulo post principium dicunt enim abque aliqua di-

stinctione prius satisfaciendum esse coniugi. Et tenent in proprijs terminis Hostiensis summa, tit. de coniug. seru. nu. 4. initio. Celia. 4. dist. 36. quest. 1. dubio 2. ex ijs, quæ mouet post secundi argumenti solutionem.

15. Cæterum, quæuis videam communiter Doctores distinguere inter matrimonium ininitū à seruo, domino volente, & ininitum domino ignorante, aut contradicente: nulla tamen ratione mihi persuadere possum, aliquid discriminis inter matrimonium vtrius modo contractum interesse. Quia si res hæc attentè perspicatur, fundamentū, cui discrimen ininitur, valde dubium est: nimirum, ius domini in seruum antiquius esse iure vxoris in ipsum seruum acquisito per matrimonium. Imò dicendum est, antiquius esse ius vxoris, ac proinde id, cæteris paribus, anteponendum. Quod sic explico. Dupliciter ius hoc vxoris considerari potest, vno modo quoad possessionem actū apprehensam in corpus coniugis ratione matrimonij initi: & hoc modo loquendo, non dubium est, quin ius domini antierius sit, coniux enim seruituti adductus erat, cum sui corporis potestatem tradidit per matrimonium. Altero modo quoad suam primæuam originem, ex qua principium traxit, viresque assumpit: & hoc modo ius coniugis in seruum antecedit iuri domini. Quod proficiscatur, ac robur accipiat ex iure naturali primæuo, quod habet serui ad potestatem sui corporis tradendā per matrimonium. Quod quidem præferatur iuri gentium, ac prius illo est, quo alij qui in seruitutem redacti sunt. Vt ex mente D. Thomæ, & communī diximus nu. 3. Quod ius per contractum conjugale transfert seruum in coniugem: eò enim ipso, qd seruitus nature habeat antecedens omnem seruitutem, transferendi potestatis sui corporis per matrimonium in coniugem, coniux ille, in quem transfertur, acquirit ius illud primæuum serui. Sicut si à tempore antiquo domus esset tradita Petro, & successoriibus, cum hoc onere, vt possit esse voluntate Pauli, eiusq; successorum, quādoconque seruitus imponi in fauorem tertij: cum post longa tempora successor quispiam Petri seruitutem imponeret in Ioannis fauorem, Ioannes ille ius posterius haberet iure Petri, & successorum, si apprehensionem possessionis iuris seruitutis attendas: prius autem, si originem eius, ex qua vim accepit, consideremus. Nam ininitur

condicione, & pacto sub quibus antiquitus tradita est domus Petro, quæ cum suo onere transfijt in perpetuum in successores. c. ex litteris, de pignor. Atque ita Ioannes hic, cui de nouo ius illud seruitutis concessum est, potest inuito domus domino ea seruitute vt: eò quod habeat ius antiquius in sua primæua origine. Ita ergo (ni fallor) contingit in matrimonio. Quando enim ius gentium seruos aliquos efficit, cum eo onere potestatem illorū dominis tradidit, vt seruaretur ille sum ius nature seruorū, ad id grauam imponendum domino, eiusque seruitio, vt possent serui ipsi renitentibus dominis, potestatem sui corporis per contractum conjugalem in coniugem transferre. Hac igitur potestate in coniugem translata, ius illud in coniugem transfusum, posterius quidem est iure domini, quoad possessionis apprehensionem: prius autem quoad originem, & fundamentum. Nam fundatur in iure, quod habebat seruus ad illam translationem efficiendam, confluentem ex conditione, qua iure gentium effectus est seruus, traditusque domino. Poterit ergo coniux eo iure vti inuito domino, iusque domini, vbi cætera sunt paria, postponendum erit. Deinde, quia cum seruus omnino sui iuris sit inlar liberorum, ad matrimonij contractum celebrandum, neque in hoc pendat à domini voluntate: nil refert, an dominus consentiat, an dissentiat. Dices nil referre ad matrimonium inueniendum: valde tamen ad liberum matrimonij vsum conducere. Sed id non obstat, quia cum ex matrimonio cōsequatur ius ad ipsius vsum, & inane sit matrimonium absq; eo iure, eo ipso, quod liberum est matrimonium, liber quoq; esse debet rationi consonus vsum ipsius. Ex his ergo mihi persuadere, attendendas esse circumstantias ad discernendum in euentibus specialibus, vtri potius teneatur seruus satisfacere, domino, an coniugi: atque illi potius obsequendum esse; cuius necessitas magis vrget: vt dicebat secunda sententia num. 13. relata: at vbi cætera sunt paria, neutrius necessitate præponderanti, potiores esse coniugis partes, vt sibi reddatur debittum postulant, siue conueniunt, siue inuito domino matrimonium ininitum sit: vt ait tertia sententia nu. præcedenti relata. Quod ius coniugis potius, & vetustius sit, vt proximè probauit.

Hoc tamen prudenti moderatione, & non metaphyfico, & exacto rigore acci-

piendum est, sed morali modo. Ius etenim potius coniugis, siue volenti domino matrimonium sit contractum, siue eo invito, non aufert ius seruitutis, ac debita obsequia domino præstanda: atque ita non erit in potestate alterius coniugis situm, ea passim, aut plus iusto impedire, crebra debiti petitione. Sicut enim viro liberum est vxore deserta, aliquandiu abesse pro negotijs expediendis: nec ius vxoris est oblatulo huic absentie: ita etiam domino licebit coniugem seruituti sibi subiectum, in necessarijs occupare, & cum aliquo proficiscitur, secum deferre vt ei ministret: & aliò mittere causa alicuius negotij expediendi. Ius enim vxorium hæc ex mariti voluntate faciendæ, minimè impediret: ac proinde nec debet impedire faciendæ ex domini voluntate, cui vir iure seruitutis subditur. Non enim minus iuris habet dominus in seruum, ne ratione matrimonij etiam suo consensu in tri impediat quæ quotidianis obsequijs, quàm habet seruus ipse. Cum rotum quod seruus absque matrimonij læsione potest, subijciatur domino, & tantum extra illius potestatem sit, id ex quo iuri matrimonij præiudicaretur. Præterea, quia lex matrimonij solum obligat ad rationi consonam debiti solutionem: quæ iustis occupationibus minimè obstat. Sed obijcies, inde sequi, si vxor sit ancilla, non licere domino, modo expolito eam occupare: vt secum ducendo, relicto viro, quando aliquò tendit ad aliqua peragenda. Quia vxori id non permittitur propria sponte efficere, absque matrimonij præiudicio. Sed negandum

est id sequi: atque admittimus id licere domino. Quia non esse licitam vxori professionem licitam viro, non confurgit ex matrimonij lege: coniugis enim in casum pares, atque ita vtrique liceret, aut neutri. Sed confurgit ex ratione capitis, quæ est in viro, atque idem vxori illi subest in gubernatione domestica. Quare cum hoc non sit contra matrimonij legem, sed solum contra capitis rationem, ac domesticam gubernationem, quæ potiori iure competit domino respectu ancillæ, & ea lege vir eam duxerit, vt sub domini potestate, ac domestica gubernatione foret, inde est vt idem liceat domino respectu ancillæ.

Hæcenus de redditione debiti dicta, sunt quoque accipiendæ de ipsa exactione, siue enim seruus voluntate domini, siue absque illa inierit matrimonium, potius, & antiquius habet ius ad honestam, & moderatam debiti exactionem, quàm dominus iure seruitutis ad obsequia quæ huic moderatæ exactioni impedimento essent. Quod æquè probat ratio numer. 15, adducta. Cum enim vetustius sit ius serui ad matrimonium inueundum, præferentur quoque est quoad honestum matrimonij vsum: ne ius illud vanum, & inane sit. At ad matrimonij vsum, & reddere, & petere spectat.

Ad argumenta numer. 12. proposita constat ex dictis, nu. 15. Is enim textus solum probat per matrimonium non effici seruum sui iuris, sed adhuc teneri ad consueta domino obsequia præstanda. Et nu. 15. probat ius coniugis esse anterius.

DISPUTATIO VIGESIMASECVNDA.

Verum integrum sit domino seruum coniugatum in partes longinquas vendendum mittere?

SVMMARIVM.

Reservatur variæ sententiæ, à num. 1. vsque ad. 6.
Si vxor libera sit, & possit commodè virum sequi, potest seruum vbiunque à domino venditari, num. 7.
Quid, si vxor ancilla sit, vir autem liber? numer. 8.
Quid, si vxorque coniugis seruituti subdatur, aut si alter solus est liber, non potest commodè seruum sequi: & consensu domini est

initium matrimonij: numer. 9.

Quid, si in eo euentu seruus male moratus esset, aut discolor, aut grauissima necessitate ipsum vendendi vgeretur dominus? nu. 10.

Quid, si ignorante, aut contradicente domino initium est matrimonium, an sit mortale, seruum coniugatum in partes remotas distrahatur? nu. 11.

An id peccatum sit contra iustitiam? numer. 12.

An vt liceat hac venditio, satis sit non inuenire iustum pretium in loco matrimonij: nu. 13.

An dominus iniuste vendens in loco remoto seruum coniugatum, teneatur resarcire iniuriam, & qualiter? nu. 14.

Verum licet hac venditio, quando seruus erit? Et de matrimonio contrahendo? Remissio: nu. 15.

Quid, si vterque coniugis seruus sit diuersorum domini, diuersaque loca inhabitantium? nu. 16.

Satis sit argumentis, nu. 17.

Variæ sunt in hac disputatione Doctorum sententiæ. Prima auctor seruum sine voluntate domini contrahentem posse vbiq; locorum venditari: quavis inde vsum matrimonij impediatur. Dicitur, quia integrum erat domino ante matrimonij contractum, seruum vbiq; locorum venditare: cui iuri non potuit seruus matrimonio iniuste præiudicare, nec à domini potestate amplius subtrahi: secus si conuente domino contraxerit. Quia conuente dominus matrimonio, cessit iure suo taliter vendendi, vt vsum matrimonij impedimentum præteritur. Deinde, quia cum absq; domini consensu collocatur seruus in matrimonium, transit cum suo onere, nimirum, iuris anterioris domini ad illum vbiq; vendendum. Huius sententiæ sunt, Cardinalis. c. 1. de coniugio serui. sine. Scotus. 4. d. 36. q. 1. §. dico ergo: & ad finem corporis. Almain ibi. q. vnica. ar. 3. Supplementum Gabrielis. q. 1. ar. 3. dubio. 3. concl. 3. & corollario. 1. subdens esse probabile non posse ita vendi. Nicolus de Orbellis ibi. q. vnica. Guillelmus Vorrius. q. vnica. ar. 2. in 1. probatione secundæ conclusionis, & ad finem probationis. Celaia. q. 1. in solutione replicæ contra primum argumentum. Ledesma. 2. p. 4. q. 54. ar. 4. col. 2. §. circa materiam tertij argumenti, statim in principio. Palacios. 4. d. 30. disp. vnica. col. 9. dubio. 5. Angles Floribus. 1. p. vbi de matrim. q. 10. de errore conditionis, ar. 2. conclus. 2. & 3.

Secunda sententiæ absq; distinctione ait, cogendum esse dominum ne seruum taliter vendat, vt reddat matrimonij onera grauiora, non suppetente coniugis altera facultate coniugio vtendi. Quia interest reipublicæ, ne quis re sua abutatur. §. penul. in fit. de his qui sunt sui, vel alie. iur. Atque idem probat. l. possessio. §. 11. C. communiatriusq; iudicij, ibi. Quis ferat liberos à

parentibus, à fratribus sorores, à vxoris coniugis segregari. Sic D. Thom. 4. d. 36. q. vnica. ar. 2. ad 4. & ibi Paludanus. q. 2. ar. 1. concl. 3. n. 9. gloss. c. 1. de coniugio serui. verb. seruituta, & ibi Innoc. nu. vnica. Host. summa, eodem tit. nu. 5. Monaldus summa, vbi de matrim. tit. de impedimento conditionis, paulò post principium. Lex. 1. tit. 5. p. q. Montaluis. 1. 2. verb. apremiar. tit. 4. p. 4. Turrec. c. fin. n. 229. q. 2. Viguierius libro instituti. num. c. 16. §. 7. vers. 9. impedimento. 1. Ludouicus Lopez lib. 1. de contradibus. c. 5. fin. Ad dunt. D. Thom. & Turrec. præcipue cum non desit facultas seruum vbiunque vendendi iusto pretio. Et Ludouicus Lopez expressè limitat hanc sententiam, quando potest seruus in eodem loco iusto pretio venditari.

Tertia sententiæ consentit cum præcedenti, quando consentienti domino est initium matrimonium: at quando ignorante, aut invito, dicit non debere dominum in parte remota vendere absq; necessitate, vt si inueniat iustum pretium in eodem loco: dicit non esse culpam lethalem sic vendere absq; necessitate. Ita sentiunt Henriquez lib. 1. de matrim. c. 10. nu. 4. vers. 6. iuncto commetò, littera. G. Toledo lib. 7. summe c. 3. nu. 3. propositum. 1. fine. Idem videtur tenere Nauar. summa. c. 2. nu. 34. ait enim, esse honestum ne seruus in parte remota vendatur: at nõ teneri dominum ad id sub mortali: saltem quando in vicinis partibus commodè vendere non possit: vbi tanquàm certum relinquit in hoc casu non esse mortale: & propendit vt etiam extra illud. Idem videtur sentire. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 3. in fine principij. Henricus. c. 1. ad finem, de coniug. serui. Rosella verb. seruus. 1. fine. Supplementum summæ Pisanæ verb. seruus. 3. n. penultimo, dicunt enim non debere vendi in partibus remotis, si iustus emptor in loco matrimonij reperitur. Et videtur tenere Emmanuel Sa summa verb. matrimonium, vbi de impedimentis dicitur nu. 1. vers. dominus consentiens, vbi ait posse tunc vendere in partibus remotis, si compellatur ad id causa aliqua.

Quarta sententiæ ait, quòd dominus matrimonio consentit, esse illicitam venditionem in partibus remotis, at si ignorante, còsiderandum esse, an absque suo præiudicio possit in eodem loco vendere, & tunc ad id obligari. Ita D. Bonau. 4. d. 36. in expositione litteræ nu. 6. vbi Ricardus art. 4. q. 2. Quandus ibi, disputatione vnica, sine. Ang-

gelus matrimonium 3. impedimento. 4. n. 15. Sylu. verb. Seruius. q. 7. Petrus de Ledesma de matrim. q. 52. ar. 2. dub. 1. quod mox post solutionem ad 5. & explicat esse culpam mortalem, oppositum facere. Id autem prædictum nõ adesse explicat Angelus ibi, quando æquè vtiliter posset dominus seruum vendere, vbi non impediretur vsus coniugalis. Addunt etiam Sylu. & Ang. idem esse dicendũ, quando serui sunt diuersorum dominorum. Et quidẽ id peccatum vendendi in parte remota, vbi potest dominus in eodem loco vendere, esse contra iustitiam, sentit manifestè D. Bonavent. ibi, ait enim, manifestam iniuriam irrogari coniugi. Et Ricardus, ait enim carere dominum iure taliter vendendi seruum. Et Sylu. quia dicit, seruum ita venditum legi infatè. Et tenet in proprijs terminis Petrus de Ledesma ibidem. Imò & dicit esse probabile, non posse quoque ita vendere, quando necessitas adfit, quoniam sit etiam oppositum probabile. Licet Quandũ proximè citatus dicat solum esse contra charitatem.

5 Quinta sententia ait absolutè, & nullã distinctione facta, quando vterque coniux seruituti subditur, siue eidem, siue diuersis dominis, nequaquam permittendam esse, aut alterius, aut vtriusque venditionem in partibus ita distantibus, vt nequeant matrimonij vsui vacare: quod si vxor libera sit, posse seruum vbiq; vendi. Quippè tũc non legitur matrimonium. Quia vxor libera tenetur virum sequi, & sibi imputet, sciet se mancipio nupsisse. (Si enim ignoranter, non erit matrimonium.) Ita Hostiens. c. 1. in fine, de coniug. seru. & ibi Ioann. Andr. sine. Anton. sine. Abbas sine. Anchar. sine. Alexander de Neuo num. 11. Præpos. num. 6. sine. Tabiena verb. Impedimentum, impedimento. 1. q. 8. n. 9.

6 Vltima sententia ait, quando consensu domini est contractum matrimonium, nefas esse domino, in longinquam regionem seruum vendendum mittere: quando verb absque licentia, adhuc prohibendam esse talem venditionem, præcipuè cum non desit facultas seruum in propria patria vendendi, nisi dominus bona fide compulsus id faceret, vt si profectus dominus aliquod seruum duceret, & illic egestate pressus eũ venderet. Et tũc si maritus commodè posset transferre vxorem, teneri illam obedire: fecus si non posset commodè: at nullã esse iniuriam. Quod sciens nupsit seruo.

Ita docent Sotus 4. d. 35. q. vnica. ar. 1. in solutione ad 2. Bartholomæus à Ledesma de matrim. deb. 31. conclus. 4. Ludouic. Lopez 2. p. instruct. vbi de matrim. cap. 47. col. antepenul. Addunt Sotus, & Ludouicus Lopez forsã aduersari iustitiam venditionem in partibus remotis extra dictã necessitatis casum.

7 Ex his omnibus apparet, quã confusè, & absque distinctione loquantur Doctores in re tam graui, & passim occurrenti, vt vix liquidò constare possit, quid hæc in re sentendum sit. Et idèd qua potero claritate, & distinctione, paucis mensententiam exponã. Prima conclusio. Si vxor libera sit, siue à tempore matrimonij, siue ex post factò libertatem consequuta, & commodè possit sequi virum, potest seruum vbiq; à domino venditari, quoniam consentiente domino matrimonium in initum sit. Ducor, quoniam non posse liberè vendi, consergitur ex matrimonij vinculo, in quod vel dominus consensit, vel eo inuito ius habuit seruus, ne eius vsus impediatur. At quando vxor est libera, minime impeditur, quod tenetur virum sequi ex propria voluntate. necdum ex causa necessaria venditionis factæ à domino, domicilium mutantem. Quod si cum possit commodè sequi, & subinde ad id tenetur, nolit sibi ascribere culpã, & non, domino, qui minime impedit matrimonij vsus. Et confirmatur, quia vir ipse si manmitteretur à domino, posset vbiq; à domino domicilium constituere absque vxoris potentis eum sequi iniuria. Cur igitur non dominus eodem iure vteretur? Cũ tantũ tenetur minime obstrare vsui matrimonij, & iniori obligatione, quã vir. Præterea, quia si erat libera tempore matrimonij, & sciens seruo nupsit, sibi imputare debet: animaduertendum enim est, posse seruum aliò vendendum mitteri: nec hoc ius ex consensu domini in matrimonium amittitur. Cũ in consensu solum eum astringat ad non impediendũ matrimonij vsus. Quod si tunc erat ancilla, obseruare debebat, posse aliquando se manumitti, & ita cogi venditum seruum comitari. Tãdem, quia nullum onus imponitur vxori, cum ipsa ex natura rei tenetur virum comitari.

8 Secunda conclusio. Idem sentio, quando vxor esset ancilla, potest enim vbiq; vendi, viro existenti libero, siue tempore matrimonij talis fuerit, siue post manumissus, si commodè possit ancillam venditam

alibi, sequi: quauis consensiente domino eam duxerit. Quod adhuc non impediatur matrimonij vsus. Cũ liber possit, & subinde tenetur sequi vxorem ex causa necessaria proficiscentem (vt probat lib. 1. disp. 41. nu. 14.) qualis est hic. Nec dominus in ancilla matrimonium consentiens obligauit se ad eam minime in partes remotas distrahendam, casu quo vir posset eam commodè sequi: ac proinde non impediretur vsus matrimonij. Quod si dicas grauari virum, cum ex natura rei non tenetur vxorem sequi, sed è contra. Dic ei se periculo exposuisse ancillam ducendo. Euentum enim futurum libertatis suæ, si erat seruus, considerare debebat, manente vxore ancillatate qua cogendum sequi vxorẽ ex causa necessaria aliò migrantem nimirum, quia venditur à Domino.

9 Tertia conclusio. Quando vterq; coniux seruituti subiectus est, vel si alter liber sit, non potest commodè alterũ sequi, ac proinde ea obligatione immunis est: si consensu domini matrimonium in initum sit, tenetur dominus lege iustitiae non ita distrahare seruum, quin matrimonio vti possit. Quia quauis dicamus ius supersse domino vbiq; que seruum vendendi, non obstant matrimonio: at illo cessit, dum matrimonio coniuuit. Concedens enim principale, concedit subinde accessorium. c. prudentiam, de officio deleg. Hanc conclusionem admittunt omnes sententia relatæ numeris præcedentibus.

10 Hanc tamen temperarem, nisi seruus male moratus esset, ac iniquè animo, ac vita cõstitutus, ita vt nequeat à domino absq; periculo proprio, aut rerum suarum sustineri: nec in proprio oppido, aut partibus vicinis inueniretur emptor: posset enim tũc in partibus remotis distrali. Quod bene docuit Palacios. 4. d. 30. disp. vnica. dubio. 5. col. 10. vers. iudicium. Et ratio est. Quia consensu domini, & ius serui non extendenda sunt ad eum casum, in quo delicta serui, & necessitas domini sibi consulendi, cogunt ad venditionem extra locum, in quo manet alter coniux. Potius enim id culpæ serui tribui debet, quã domino. Et confirmatur, quia sicut in dext. posset in delicti peccatum, seruum in trimesse conijcere, non obstanti matrimonij iure: ita domino integrũ erit, quauis non ea punitione iudiciali, domestica tamen, ac dominis permilla vti: qualis est serui aliò vendendum mittere. Quia sicut iudicibus prior punitione permif-

sa est, ita dominis posterior. Quare neutrius matrimonij obstaculo esse debet, concurrente prædicta necessitate in domino. Quod addo, quia ea seclusa non liceret simile domino: vnde non est in omnibus simile de iudice. Idem existimo, quoties grauisima necessitas vrgeret dominum ad vendendum seruum, & nullo modo posset inuenire emptorem in eodem oppido, nisi facta valde notabili pretij iactura. Quia consensus domini, & ius serui ad hunc extraordinarium euentum, & inopinatum non extenduntur. Sicut enim posset seruus ipse si sui iuris esset, relicta vxore ancilla aliò migrare, quãdo alter graui suæ necessitati consulere nequireret: ita dominus, qui minis tenetur vxorẽ, quã vir ipse, eodem iure vti poterit, vbi simili propria necessitate vrgetur. Credo tamen euentus hos rarissimè accidere posse.

11 Quarta conclusio. Quauis in casu præcedentis conclusionis, sit in initum matrimonium, ignorante, aut contradicente domino, tenetur dominus sub culpa mortali seruum non distrahare in partes remotas, vbi non est facultas vtendi matrimonio: & non compellitur vrgenti necessitate, eò quod pretium iustum inuenire potest in eodẽ loco. Hanc conclusionem tenent Doctores relati nu. 4. pro quarta sententia: & relati nu. 2. pro 2. sententia: & relati, nu. 6. pro 2. sententia: & nu. 5. pro 5. sententia. Et quauis pauci explicent id peccatum esse mortale: at manifestè id omnes sentiunt, quod illicitũ hoc esse opinantur: & nescio qualiter poterunt dicere aliqui Authores relati nu. 2. esse illicitum, aut non mortale. Cũ res grauisima sit, illicitè impedire in perpetuum matrimonij vsus, ac proinde longè excedat culpã venialis materiam. Et clariùs id sentiunt opinantes hoc peccatum esse contra iustitiam: quos nu. 4. retuli. Et ita certè existimo hanc conclusionem, vt contrariã nec probabilem reputem. Quod saltè lex charitatis constringat dominum, ne simili venditionis vtatur, in grauisimum salus spiritualis vtriusq; coniugis detrimentum, absq; propria necessitate præponderanti.

12 Quinta conclusio. Multo probabilius est, & mihi ferè certum, id peccatum esse contra iustitiam. Atq; ita tenet Doctores. nu. 4. allegati: & Sotus, ac Ludouicus Lopez, nu. 6. relati, dicunt fortè ita esse. Et expresse id etiam sentire videtur Veracruz. 1. p. specul. art. 50. conclus. 3. vbi ait non habere ius ad hanc venditionem dominum, contra cu-

ius consensum seruus copulatus est matrimonio: sicut nec habuit ius ad impedendum matrimonium. Et ratio est aperta. Quoniam eo ipso quod serui habent ius inuitis dominis matrimonium contrahendi, habet subinde illo vendi: aliter frustraneum esset ius illud. Ergo sicut dominus iniuriam irrogat, ac iniustitiae reus est, si seruorum matrimonium impedit: ita si eius usum. Et confirmatur, quia (vt probauit disput. precedēti nu. 15.) ius coniugum potius, ac vetustius est iure domini. Non ergo integrum erit domino absque iniustitia, vti vendendi iure, nisi manenti illa iure prioris serui coniugati.

13 Sexta conclusio, vt venditio haec à labe iniustitiae eximatur, nõ satis est minimè inuenire in eo oppido emptorem iustum serui pretium offerentem: sed desideratur adesse necessitate, quæ iuri serui præponderet, & damno ex ea venditione sequuto: nimirum, quia magna necessitas vrget dominum, vt seruum distrahatur. & notabilis est diminutio pretij. Quia si charitatis legem attendas, magno momenti est periculum spirituale incontinentiae vtriusque coniugis, cui non quancunq; necessitatem, & pretij diminutionem præferri, est rationi consentaneum. Quod si ius iniustitiae serui ad usum matrimonij potius, & antierius (quod ad off. se probauimus disput. precedenti nu. 15.) spectes, manifestius relinquatur desiderari rationem illi præponderantem, vt iniustitia cesset. Et ita intelligo Doctores nu. 4. relatores, qui dicunt non licere absque iniustitia hanc venditionem, vbi sine graui præiudicio domini posset fieri in eodem loco.

14 Ex dictis inferitur, in euentibus in quibus diximus venditionem hanc serui extra locum matrimonij esse aduersus iustitiam, teneri dominum legem iniustitiae eam iniuriam coniugibus resarcire, aut emendo coniugē derelictum, vt transferat in locum vbi alter coniux est, aut seruum venditum iterum emendo, vt in priorem matrimonij usum restituatur: nec remissio alterutrius sufficeret, nisi vterque iure suo cederet: vtriusque enim est iniuria. Constat, quia lex iniustitiae obligat iniuriam ita reparari, vt res ad pristinum statum reducat, quem ipsa iniustitia exiugebat.

15 Vtrum autem possit dominus seruum de matrimonio in eundo trahentem, alio distrahere: Dixi disput. precedenti nu. 8. & sequenti.

Vltima conclusio. Si vterque coniux seruus sit diuersi domini, & diuersa loca inhabitantis, ita vt mutuo conuenire nequeant, obsequijs dominorum satisfaciendo, tunc vt vitetur fornicationis periculum, cogendus est alter dominus per Ecclesiam, vendere alteri volenti emere. Sicut quando seruo communi multorum dominorum, quidam ex illis concedit libertatem, coguntur alij partes suas vendere, vt seruus ille liber fiat. l. 1. C. de communi seruo manifesto. Nam fauorabilius est matrimonium, quam libertas. Quod si neuter dominus emere velit, cogendus erit alter vendere cui cunq; extraneo in parte illa, in qua alter seruus est: & si nullus inueniatur emptor, emat Ecclesia, argumento ex cap. fraternitatem. d. 54. Ita docent glossa capit. finali verb. habeant. 29. quaest. 2. Goffredus summa tit. de coniugio serui. nu. 3. Astenfis: 2. part. summa, lib. 8. tit. 15. art. 2. quaest. 5. & 6. Henricus capit. 1. sine, de coniugio seruorum. Rosella verb. seruus. 3. num. 2. Supplementum Pisanæ summae verb. seruus. 3. nu. 3. Hugo, quem refero, & sequitur Turrec. c. finali num. 3. 29. q. 2. Et id decidit lex regia 2. tit. 5. part. 4. quæ subdit dari electionem iudici, vt quem maluerit ex dominis, cogat alteri vendere, ibi. *Deve apreniar a alguno dellos, qual tuuiere por mas quialdo.* Imò sicut cogit Ecclesia alterum dominum vt vendat, ita potest cogere aliquem, vt emat in loco vbi alter seruus est, vt bene docet Hugo, & Turrec. proxime citati.

Ad argumenta numer. 1. proposita, concedendum est dominum ante matrimonij contractum potuisse seruum vbi cunq; venditare: negandum tamen est, non potuisse seruum huic iuri per matrimonium præiudicare. Quia cum ius serui ad matrimonium ineundum, sit potius, & antierius iure domini, potuit quidem iniens matrimonium præiudicare domino, obligans ipsum ne taliter distrahatur, vt inane redatur illud ius serui, impedito usu matrimonij. Hinc etiam manet solum secundum argumentum. Supponit enim ius domini ad vbiq; vendendum seruum, esse prius iure coniugis, quod non omnino veritati inicitur, vt late explicuimus, & probauimus disput. precedenti nu. 15.

(3)

DISPUTATIO VIGESIMATERTIA.

An seruitus matrimonio superuenire possit, alterutro coniuge se in mancipium venundante.

SVMMARIUM. **R**esertur quedam sententia, nu. 1. de vtriusque viri se vendere absque debiti coniugalis præiudicio, nu. 2. An sit mortale, si absque iusta causa se vendat, nu. 3. An si id in matrimonij fraudem efficiat, sit contra iustitiam, nu. 4. An præbeat iustam diuortij causam, vel si vir capitiuus doceatur, nu. 5. An possit tunc vir vendi domino, & vxor reuocari, sequi, nu. 6. Nam vxor consentiens venditioni, redigatur in seruitutem, ac si præiudicat, nu. 7. An in regno Hispanie integrum sit viro se venditare, tunc vxor venditionem reuocari, nu. 8. An vxor possit se vendere, nu. 9. An ea venditio sit contra iustitiam, nu. 10.

Quidem videret nõ integrum esse viro se venditare, ex capite penultimo. 29. quaest. 2. quod est ex concilio Triburienfi, vbi de marito, qui ingenuum duxerat, & filijs procreatis, occasione diuortij celebrandi seruituti se subiecit, queritur quid turis: Et sic dicitur. *Adicitur an est vxorem minimè debere dimitti.* Vbi Turrec. art. 33. nu. 4. ait nihil ad rem esse, filios procreatos esse: quia id est esset ijs non existentibus. Secundò ex l. regia finali tit. 5. par. 4. ibi. *Si por auentura el marido se tornasse seruo à sabiendas, por auer raxondo se parvir de su mugor, nõ dene valere, ni se departira el casamiento, antes lo puede la muger demandar, e sacarle an de la serui domire, si quisere.* E esto es por que ha derecho en el, e porque nate ende muy gran deshonra à ella, e à sus hijos, si los ouiere. Tertio, quia præiudicatur debito coniugali, ea venditione facta. Et votum in eius præiudicium commissum non valet, nedum venditio. Tandem, quia vxor inuito viro se vendere nequit. Cum igitur in causa matrimonij ad paria iudicentur, id quoque non erit integrum viro. Et ideo hanc partem sustinent glossa cap. penultimo. verb. diuortij.

29. quaest. 2. Angles Floribus. 1. par. vbi de matrimonio. q. 10. de errore conditionis art. 3. conclus. 1. Palacios. 4. d. 3. o. disput. vnic. eolum. 4. verb. quod si etiam: licet potest se explicet, dicens id enepire, quando venditio in debiti coniugalis præiudicium vergeret. **V**erum dicensum est, integrum esse viro se venditare, renitente vxore. Quia vir subditur vxori in ijs solis, quæ ad debiti redditionem pertinent, atque in cæteris est sui iuris. At venditio hæc non vergit in præiudicium debiti coniugalis, esto vir in eius fraudem se vendidat: teneretur enim vxori ad omnia, quæ lex matrimonij petit, à quibus retrahi nequit domini præcepto. Et ita docent. D. Thom. 4. d. 36. quaest. vnic. art. 3. corpore, & ad. 1. & ibi. D. Bonau. in expositione literæ, num. 5. Ricardus artic. 5. quaest. 1. corpore, Palud. quaest. 1. art. 5. conclus. 2. nu. 18. Supplement. Gabriel. q. r. art. 3. dubio. 4. conclus. 2. Durand. quaest. 1. n. 4. Hugo cap. penult. 29. q. 2. & ibi. Archid. num. vnic. Bellemerai. nu. vnic. Turrec. ibi. art. 1. num. 1. & nu. 2. in solutione ad 1. Prepositus cap. 1. nu. vltim. de coniug. serui. Henricus cap. final. num. vnic. eodem. tit. Ioannes de Frubigo summa confessorum, lib. 4. tit. 4. q. 13. Astenfis summa. 2. par. lib. 8. tit. 15. art. 3. quaest. 1. Angelus matrim. 3. impediment. 4. fin. Supplementum summe Pisanæ verb. seruus. 3. num. vltim. Syl. matrim. 8. quaest. 1. fin. Armilla verb. matrimonium nu. 6. Tabiena verb. impedimentum, impediment. 1. q. 9. nu. 10. D. Anton. 3. par. tit. 1. c. 3. §. 1. Sorus. 4. d. 35. q. vni. art. 3. conclus. vnic. Celsia. 4. d. 36. q. 6. dubio. 1. in fine, ex ijs quæ ponit post. 2. argumenti solutionem. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 10. nu. 5. Petrus de Ledema de matrim. q. 5. 2. ar. 3. conclus. vnic. Vualdos candelabro factam. 1. p. de matrim. nu. 121. Non tamen vacabit culpa lethali ea venditio absque iusta causa facta. Quod in dedecus graue vxoris, & familiae, ac iniuriam redderet, nulla iusta causa præponderati. Sic Petrus de Ledema de matrim. q. 5. art. 3. in solutione ad vltimum. Sed rogabis, vñd peccatū sit contra iustitiam